



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 23. Rebiba Legatus revocatus, atque in Franciam profectus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

§. XXIII.

Sæcul. XVI.
A. C. 1556.*Rebiba Legatus revocatus, atque in Franciam profectus.*

Interea Italiæ res in graves tumultus effervescere, omniumque animi ad bella gerenda admodum propensi videbantur: sub idem quoque tempus Rebiba Cardinalis, cum ad Mosæ Trajectum nonnisi biduo Bruxellis discessisset, quantocius reverti jubebatur: nuntiatum enim dicebatur, quod Cæsar illum detineri jussisset, forte ut æqualis fieret injuriæ compensatio, eo quod Papa pariter quosdam Cæsaris subditos captivos retineret, quamvis alii Scriptores hujus revocationis causam in eo sitam asserant, quod Franciæ Rex Cæsari, ac Philippo bellum nuntiare statuisset, exinde vero Cardinalis Legatio omnino supervacanea foret. Verum ut res se habuerit, id exploratum habetur, quod Rebiba, quin Cæsarem allocutus fuisset, in Franciam venerit, unde Cæsarei, cum jam antea nihil de Pontificis consiliis pacificum ex eo præcipue tempore, quo Palianum munire cœperat, expectarent, confirmati fuere in opinione, quod res ad bellum in Campania Romana spectaret: itaque Albano statim a Philippo Rege mandatum, ut non exspectato tempore,

Pallav. l. 19.
num. 7.
Thu. hist.
l. 17.

B b 5

quo

Sæcul. XVI quo auxiliares Gallorum copię adve-
A.C. 1556. nirent, ipse exercitum educeret, &
 hostili manu munitiones Paliani ceptas
 dirueret; Philippus enim putabat, tunc
 si mature exercitus egrederetur, & ca-
 stra ad urbis usque portas promoveren-
 tur, fore, ut Pontificem viribus impa-
 rem belli temere a suis Nepotibus su-
 scepti pœniteret, & antequam auxilia
 Gallorum convenissent, soluto fœdere
 æquis, & honestis conditionibus con-
 cordia iniretur.

§. XXIV.

*Loffredus ab Albæ Duce ad Papam
 missus, & ab hoc detentus.*

Pallav. l. 13. **E**o ex consilio Albæ Dux, ut Pontifi-
c. 18. & 19. cis copias nil mali suspicantes ex
Thu. l. c. improvise opprimeret, Pyrrhum Lof-
Ad. Consist. fredum Nobilem Neapolitanum ex il-
6. Sept. 1556. lustri Trivicorum Marchionum genere
 ortum ad Pontificem ablegabat, ut ex-
 periretur, an aliqua ratione res com-
 poni posset, vel saltem ipse Papam
 vana concordie spe, ac prætextu ludi-
 ficare valeret. Verum Pontifex con-
 trario artificio usus, cum Albæ Ducem
 ad arma prius haud descensurum cre-
 deret, nisi Loffredum re infecta reverti
 intelligeret, semper hunc Oratorem ad
 alloquium admittere differebat, eun-
 demque, licet sæpius ab eo interpel-
 laretur,